UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E Ante G

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

terdum. Eleuare minuereꝙ quaſi extra ferre: hoc eſt euacuare. Cice. lib. ij. de ora. Illa autem quę aut conciliationis cauſa leuiter aut permotionis vehementer aguntur contrarijs cõmotionibus efferenda ſunt vt odio beneuolẽtia miſericordia inuidia tollatˀ.

Effero as pe. cor. efferũ: hoc eſt crudelem inſtar fere facio. Sta. li. achil. Et raptum ſuperis mars efferat aurum. Amb. Efferauerat herodes vniuerſos. Hieronymus in Daniele deponẽti vſus eſt cum inquit. Cũ appropinquaſſet prope arietem efferatus eſt in eum. Efferare etiam eſt qđ vernacula lingua dicimus Inſaluatichire. Liui. lib. ij. Obſita erat ſqualore veſtis fędior corporis habitus pallore ac macię perempti. Ad hęc promiſſa barba: capilli efferauerant ſpeciem oris. Lactã. lib. iij. Nam ſi hõ ad aſpectum alterius hominis efferaretur quod facere videmus animantes quorum natura ſoliuaga eſt: nulla eſſet hominum ſocietas.

Efficio is: pe. cor. perfectionẽ denotat. Tereñ. in And. Quid eſt quod mea ars efficere hoc poſſit amplius. Inde effectus ⁊ efficientia.

Efficax: dicitˀ qđ ad agendum aliquid vim habet: ac maxime conducit. Hinc efficacia que eſt vis.

Effingo is valde fingo. Ex em̃ auget: vel quaſi naturalia formo: ⁊ ad alterius formam fingo: ⁊ qualem volo fingendo formã repręſento. Quintil. Nam mihi videtur. M. Tullius cum ſe totũ ad imitationẽ grę corum cõtuliſſet: effinxiſſe vim Demoſthenis: copiaꝫ Platonis: iucunditatẽ Iſocratis.

Effigies: ſignum eſt ad viuam alterius ſimilitudinem: vel ad veritatis imaginẽ factum tam in picturis ꝙ̃ in ſculpturis. Ponitˀ ⁊ quãdoꝙ ꝓ aſpectu. Dicitˀ etiaꝫ Effigia. Plau. in ru. Veneris effigia hęc quidem eſt

Effigio effigias ad effigiem formo. Aug. lib. viij. de ci. dei. Quid ſunt idola niſi ꝙ oculos habent ⁊ nõ videbunt: ⁊ quicquid tale de materijs licet a fabro effigiatis tamen vita ſenſuꝙ carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus aũt qui nõ habet aliquã formã.

Effilatum. Vide in dictione Filo.

Efflagito efflagitas cũ clamore ſeu cum magna inſtantia flagito. Virgilius Ille ſimul fugiens: rutulos ſimul increpat omnes. Noie quęꝙ vocãs notũꝙ efflagitat enſem. Quintil. ad Tripho. Efflagitaſti quottidiano cõuicio: vt libros quos de inſtitutione oratoria ſcripſeram iam emittere inciperem. tamen a flamma componitur.

Efflictim aduerbiũ ſignificat valde. Plau. in pe. Earũ hic adoleſcens ad terram efflictim petit.

Efflo as extra flo. ſpiro. Varro lib. j. rei ruſ. Pręterea ꝙ ab ſole toto die illuſtratur ſalubrior eſt: ꝙ ⁊ beſtiole ſi quę prope naſcuntur aut inferuntur: aut efflantur aut aritudine cito pereunt. Inde efflare animam dicimus. Suetonius. Priuſꝙ efflaret animam pro mortuo deſeri iuſſit.

Effloreo es: a quo Effloreſco. Vide in dictiõe defloreo

Effluo extra fluo: effundor. Lactã. lib. j. Siue igitur a Meliſſeo ſicut Didymus tradidit colendorum deorum ritus effluxit.

Effodio is pe. ꝓ. extra fodio. Plau. in cur. Eſterq̃linio effoſſa tua illic pręda eſt.

Effęmino as: pe. cor. in muliebrẽ mollicię atꝙ laſciuiã conuerto. Sal. Ea quaſi venenis malis imbuta corpus animũꝙ virilẽ effęminat. Cice. lib. j. Tuſ. Cogitationibus moleſtiſſimis effęminamur. Vnde ⁊ effęminati molles ⁊ laſciui dicuntur.

Effoeta cum ę. diphton. accipitur quę fętum emiſit: vt illud Col. lib. viij. Primus effętę partus amouẽdus eſt: quoniam tyruncula nec recte nutrit. Item ſumitˀ effętus pro fętu qui emiſſus eſt. Idem lib. ix. Pullos oportet ſingulos vt quiſꝙ natus ſit tollere: ſed vno die in cubili ſinere cũ matre et aqua ciboꝙ abſtinere dum omnes excludant. Poſtero die cum grex fuerit effętus: hoc modo deponatur. Effęta quoꝙ dicitur q̄ nõ amplius parit: quaſi frequenti partu laſſata. Pli. Eſt autem tanta gallinis fęcunditas vt aliquę et ſexagenta pariant oua: alique quotidie: alique bis dietaliquę in tantũ vt effęte moriantur. Hinc effętus fętu deſtitutus: eneruatus: exhauſtus ⁊ laſſatus. A ſimilitudine mulieꝝ: quas partus debiles reddit Virgilius: Frigẽtꝙ effęte in corpore vires. Similiter effętam tellurem dicimus: vt Idem lib. j. Geo. Effętos cinerem imundum iactare per agros. Vbi Ser. Continua fertilitate laſſatos: ſicuti etiam frequenti partu effęta dr mulier. Col. in p̃fatione Qđ exiſtimẽt vbertate nimia prioris ęui defatigatuꝫ et effętum ſolum nequire priſtina benignitate prębere mortalibꝰ alimẽta. Cicero in Cato. Libidinoſa et intemperãs adoleſcentia effętum corpus tradit ſenectuti: id eſt debile ⁊ infirmũ quia vacuũ viribus ⁊ eneruatũ.

Effrenus. Vide in dictione Frenum.

Effugio is: pe. cor. extra fugio euado. Vnde effugium et effugia ę. Vide in dictione Fugio.

Effundo is. extraſpargo. Lactan. lib. j. Nam pręter verborum licentiam quibus obſcenitas omnis effunditur. Plau. Totãꝙ effudit fideliã: id eſt ſparſit quicquid in fidelia erat. Per tranſlationeꝫ Effundere ponitur pro conſumare. Cice. li. ij. offi. Multi patrimonia effuderũt incõſulte largiẽdo. Quãdoꝙ pro emittere. Virgi. Ruuntꝙ effuſi carcere currus. Quandoꝙ pro ꝓſternere ꝓfligare. Sal. Effuſo ac ꝓfligato peditatu paulatim retrocedere cęperũt.

Effutio is: pe. ꝓ. inepte et inconſulte eloquor: euacuo. Tranſlatio a vaſe futili: quod patulo ore fundo acuto inſtabile nihil in ſe contineat. Et ipſe futilis dicitˀ q̃ nihil intra ſe continet: ⁊ ſemper inanis eſt. Horatius Effutire leues indigna tragędia verſus. Var. Euax verbum nihil ſignificat ſed Effutitum naturaliter eſt. Nonius. Eſſutire exponit pro dicere cum mendacio adduciteꝙ Ciceronem libro. v. Tuſ. vbi ſic ait Nec hoc ſic agit: vt ex tẽpore quaſi effutire videatˀ.

E Ante G

Egelidor penul. cor. regelor: geluꝙ diſſoluor. Sidoni. Egelidarentur fibrę glaciales.

Egeo es egui. alicuius rei neceſſiatem habeo: ⁊ tam genitiuo ꝙ̃ ablatiuo iũgitur. Plau. in aſi. Quia tui abeuntis egeo. Lactã. lib. v. Tanta eſſe innocentię vim vt non egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Indigeo. Deriuantur vero Egeſtas/paupertas/Egens/egentior/egentiſſimus. Aug. lib. j. con. Opibus egentiſſimo.

Egenus pe. ꝓ. qui aliquid habet ⁊ aliquo indiget: pauper qui nihil habet. Inops ſine ope.

Egeſtoſus: ab ęgeſtate formatur ſicut a ſobrio ſobrioſus. Cyprianus. Cum nulla fuerit oportunitas ſcandali vbi tranſeunter qđ peius eſt egeſtoſam habuerit manſionem.

Egeria: nympha cui ſacrificabant pregnantes: ꝙ eam putabant facile fętam aluo egerere.

Egero is: pe. cor. ſſi. ſtũ. Vide in dictione Gero.

Egregius a um. excellẽs: qđ ex toto grege eligitur. Et egregius eminens preſtans. Terentius in An. Forma egregia et ętate integra. Hinc contra grãmaticorum regulas Iuuenalis formauit cõparatiuũ. Egregius cęnat meliuſꝙ miſerrimus. Sic Lucre. Nam nihil egregius ꝙ̃ res ſecernere aptas a dubijs. Egregię aduerbium Excellenter ꝙ̃uis etiam vſurpetur ꝓ valde nimis: vt apud Teren. in An. Horũ ille nihil egregie preter cetera ſtudebat.

Egredior: extra gradior exeo. Lactan. lib. ij. Ille vero

cum egreſſus eſſet ex arca. Dicimuſqꝫ egredior templo ⁊ e tēplo: ⁊ templum .i. extra gradior templū. Inde egreſſus ⁊ egreſſio.

Egurgito as: pe. cor. ſignificat exhaurio. Plautus in Epi. Atqꝫ egurgitem domo prorſus.

Eho Intertectio eſt ad ſe vocantis: vel nutus eſt intē/tionē depoſcentis eius cum quo vult loqui. Teren. in an. Ehodū ad me. Alias interiectio admirantis vt apud eundē. Eho. an tute intellexti. hoc aſſimularier.

E Ante I

Ei: datiuus ab is ea id: aliquādo habet qualitatis vim. Tereñ. in an. Ei ne ego vt aduerſer: hoc eſt tali tam bono. In metro plerūqꝫ monoſyllaba dictio eſt ſicut cui ⁊ huic licet quandoqꝫ etiam duarum ſyllabarum reperiatur: vbi e modo corripitur: modo producitur Iuue. Iuuenes hortantur: vt illam Ire viam ꝑgant ⁊ eidem incumbere ſectę. Lucr. lib. vj. Scilicet ⁊ fluuius qui viſus maximus ei.

Ei mō adhortātis eſt: modo corripientis ελληνιστι εια και ριμααπο τουεαω εω.

Eiicio is: extra iacio excludo. Virg. Necnon Tarquinium eiectū Porſenna iubebat accipere. Quādoqꝫ extendo. Idem. Eiectoqꝫ incumbit cernuus armo. Eiectum quoqꝫ pro naufrago idem poſuit. Eiectum littore egentem excepi. Hinc Eiectitius a um. Pli. Vulua eiecto partu melior ꝙ̄ edito Eiectitia vocaṫ illa: hec porcaria.

E Ante L

Elabor: pe. ꝓ. extra labor: effugio: eo modo quo lubricus anguis aut anguilla manu preſſa lapſu fugit Virgiliꝰ. Ecce aūt lapſus pyrrhi de cede polites. Plau. in cap. Ea ſpes elapſa eſt .i. effugit: Hiero. in ꝓlogo Iob. Vt ſi velis anguillam aut murenulā ſtrictis tenere manibus: quanto fortius preſſeries: tanto citiꝰ elabitur. Cice. per tranſlationē. Hic fratri ſuo cenſore qui proximus ante me fuerat elapſus eſt: hoc eſt accuſatorum veluti preſſentium manus effugit.

Elaboro as: Vide in dictione laboro.

Elamite pe. ꝓ. dicti ſunt perſarum principes: ab Elam filio Sem: vt ait Ioſephus.

Elaphos pe. cor. latine ceruus. Vnde Tragelaphus Hircinus ceruus.

Elatus pe. pro. ſublimis: excelſus: eminens; ſuperbus: ab effero rs.

Electra teſte Heſiodo nympha oceani ⁊ Tethyos filia: vxorqꝫ Atlantis cuius filia quedam etiā Electra dicta fuit quę Ioui Dardanū peperit dicēte Virgi. lib. viij. Dardanus iliacę primꝰ pater vrbis ⁊ auctor Electra vt graij perhibent athlantide cretus. Et ſubdit. Electrā maximus atlas edidit ethereos humero qui ſuſtinet orbes. Alia fuit electra Horeſtis ſoror.

Electryon. Amphitryonis frater ⁊ filius Alcei.

Electrū: gūmi ſiue lachryma ſuccus ve ex arboribus pinei generis profluens: qḋ a latinis ſuccinnum diciṫ: naſcitur vt inquit Pli. in exoticis inſulis ſub metalli ſpecie ⁊ gleſſum dicūt barbari. Hinc electriferas inſulas gleſſarias. Cuiꝰ coloris ſimilitudine puto eam mixturā electrū dici quę ex parte quadā auri ⁊ argēti conficitur dicente Plinio lib. xxxiij. Aurum in quo quinta argenti portio eſt electrum vocatur.

Elemoſyna munus quod inopi datur ab ελεοσ quod miſerationem ſignificat. Quod nomen apud gentiles raro legitur cū apud chriſtianos frequentiſſimū inueniatur. Spartianus de Caracalla. Non tenax in largitionē non lentus in eleemoſynam.

Elegans pe. cor. nomen eſt non participium ab eligo: vt Cicero libro de opti. dicēdi genere innuere videṫ cum inquit. Nam ſi vt in epularū apparatu magnificentia recedens non ſe parcum ſolum: ſed etiam elegantem videri volet eliget quibus vtatur. Sunt enī plereqꝫ aptę huiꝰ ipſiꝰ oratoris de ꝗ loquor ꝑſimonię. Eſt igitur elegans idem qḋ cultus: ornatus politus quaſi qui eligere ſciat: aut qui ipſe ſibi ſit eligendus. Tereñ. Regē elegantē narras. Hinc elegantia.

Elegātia dicta eſt ꝙ ſit electa ⁊ ſeparata a vulgari opinione ⁊ accipiṫ ꝓ cultu ⁊ ornatu ꝗ tamē apud veteres non ad ingenij opa: ſed dūtaxat ad nimis amenū letūqꝫ cultū ac victū applicabaṫ. Nec ſine vitio erat nunc elegans ſolū laudando dicitur: vt elegans oratio. Eſt ⁊ elegātia elocutionis pars quę facit vt vnūqḋqꝫ verbū pure aperteqꝫ dici videatur. Huius duę ſunt partes latinitas et explanatio. Latinitas quę ſermonē purum ſeruat ab omni vitio. Explanatio eſt ꝗ reddit apertam et dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur .ſ. vt vſitatis verbis vtamur ⁊ ꝓprijs. Vſitata ſunt quę verſanṫ in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt ꝗ eius rei de qua loqmur verba ſunt aut eſſe poſſunt.

Elegia. pe. pro. ſiue Elegeia miſerabilis vel miſera ab ελεεω miſereor ελεοσ miſeria. Vnde elegi ꝟſus dicti ſunt ꝙ ad fiſtulam luctus cantari ſoliti erant aut ꝙ his miſerabiles hominū erūnę: ⁊ amoris querimonię decantanṫ. Romani id genꝰ carminis qḋ cū lamētatione adcanitur mortuis neniam nuncuparūt. Vnde tractum vt epitaphia quoqꝫ defunctoꝝ elegis verſibus ſcribantur. Ouid. Flebilis indignos elegia ſolue capillos. Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Dicitur elegiū metrum et elegia ⁊ per diminutionē elegidion. Perſius. Nō ſi qua elegidia crudi dictarunt proceres. Penultima huius nominis Elegia a poetis longa profertur. Har. Detineat cultis aut elegia comis. Ouid. lib. de reme. Blanda pharetratos elegeia cantet amores. Statius vero lib. j. ſyluarum. Quas inter multū petulans elegia ꝓpinquat. Huius metri princeps fuit Callimachus. Secūdus Philetas. Ab elegus fit elegiacus a um. Elegiographus qui elegiam ſcribit.

Elementa ſunt principia omniū rerū: a quibus ſumitur incrementum ⁊ in que reſoluunṫ. Vnde notas lr̄arū ſcriptores elementa vocant: eo ꝙ ſint principia orationis. Nā ex dictiōibꝰ ſyllabe: ex ſyllabas lr̄ę fiūt ad ſimilitudinem mundi elementorū. Sicut eīn illa coeuntia omne corpus efficiunt: ſic he coniuncte litteralem vocem quaſi corpus aliquod componunt. Inde elemētarie littere dictę ſunt primitiue. Iulius Capitolinus. Puer inqt litteris elemētarijs ⁊ calculo imbutus. Sic lex moyſi ⁊ omne vetus teſtamētum elementū dicitur ab apoſtolo: quibus quaſi ab elementis ⁊ religionis exordijs: deum diſcimus. Quomodo enim elementa inquit Hierony. appellantur littere per quas ſyllabas ac verba coniungimus ⁊ ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoqꝫ muſica habet elemēta ſua. Et geometria ab elementis incipit linearum. Et dialectica atqꝫ medicina habent εισ αγογασ ſuas ſic elementis veteris teſtamenti vt ad euangelicam plenitudinē veniat ſancti viri eruditur infantia. A Seneca ſenex elementarius diciṫ cū ait lib. v. epl'arū. Turpis ⁊ ridicula res eſt elementarius ſenex. Sunt autem quattuor elementa rerum principia. Aer: ignis: terra: aqua: ꝙ omnia ex his gignuntur alunturqꝫ ab alēdo dicta vel potiꝰ vt Hiero. ſcribit in cōmentario epiſtolę ad hebreos elemēta quaſi eleuamēta: eo ꝙ ex ipſis cetera originem ſumant: initia videlicet ⁊ fundamenta creaturarum. A quibuſdam etiam dicuntur Elimēta p i. litteram quaſi fabricamenta ab eo quod eſt elimo as ꝙ ex eis fabricata ſunt omnia. De his quattuor elementis ſic ſcribit Amb. libro Hexa. Eſt autem terra